



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

89. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 245
aut negotiationis causa castraverit castran-
dumque tradiderit , sive servus sive liber sit,
capite puniatur.

Unde suprà.

LXXXIX. Si aliquis causa explendæ li- Burchard. lib.
bidinis , vel odij meditatione , ut non ex eo
soboles nascatur , homini aut mulieri aliquid
fecerit vel ad potandum dederit ut non possit
generare aut concipere , ut homicida teneatur.

Hoc totum idcirco ex lege Romana posui-
mus ut sacerdos ex lege perpendat modum
pénitentiae in talibus transgressionibus. Ca-
nonica enim auctoritas cum lege Romana ex
maxima parte concordat.

De his qui circumciduntur. *Ex eadem lege*
cap. xxiv.

X C. Cives Romani qui se Judaico ritu vel Pauli Sent.
servos suos circumcidi patiuntur , bonis ad- lib. 5. c. 22.
emptis in insulam deportentur , medici capite
puniuntur.

Si Judæus servum alienæ nationis circum-
ciderit. *Ex eadem.*

XCI. Judæi , si alienæ nationis compara- Ibid.
tos servos circumciderint , aut exilio deporten-
tur , aut capite puniantur.

De his qui se met ipsos interficiunt. *Ex Con-*
cilio Bracarense cap. xv.

XCII. Placuit ut hi qui sibi ipsis aut per
ferrum , aut per venenum , aut per præcipi- Concil. Bra-
tum , aut suspendium , vel quolibet modo in- car. 1. c. 16.
Halitgar. lib. 4. c. 6.
Burchard. lib. 19. c. 130.

Q iij